Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

tale: quod ex mortalibus constat: Nam sicut unuli p singulos interimi
fieri potest: ut aliquo casu omnes simul vel sterilitate terarum que acci
dere ut pticulatim solet: uel pestilentia ubiq; diffusa: que singulas ur
bes aut regiones plerumq; populatur. vel incendio in urbem misso: qle
iam fuisse sub phetonte dicitur: uel diluuio aquarum quale sub Deu
calione traditur: cum preter unu hominem genus omne deletum est:
Quod diluuium si casu accidit: profecto potuit accidere: ut ille v
nus: qui supfuit: interiret: Si autem diuine prouidentie nutu: quod
negari non potest: ad repandos homines reseruatus est: apparet in dei po
testate esse uel uitam vel interitum gnis humani: quod si pot occidere
in totum: quia per partes occidit: appar & alii esse ortum & fragilitatis: ut
initium: sic declarat & terminum: Que si vera sunt non poterit defende
Aristoteles quo minus habuerit & mundus ipse principium: Q si aris
toteli Plato & epicurus extorquent: & Platoni & Aristotili: qui semper
fore mundum putauerunt: licet sint eloquentes: ingratis tamen idem
epicurus eripiet. Quia sequitur: ut habeat & finem: Sed hec in ultimo li
bro plurius: Hunc ad hominis originem recurramus.

XII. Lucretius

Fuit certis conuersionibus celi & astrorum motibus maturita
tem quadam extitisse animalium serendorum. Itaq; terra
nouam semen genitale retinentem folliculos ex se quos
dam in uterorum similitudinem protulisse. de quibus lucretius. Crescebant
vteri terram radicibus apti: Eosq; cum maturassent natura ecogente
ruptos animalia tenera profudisse: Deinde terram ipsam humore quo
dam: qui esset lacti similis. exuberasse: eoq; alimento animantes esse nutri
tas: Quo igitur vim frigoris vel caloris ferre aut uitare potuerunt aut
omnino nasci cum sol excureret: frigus astringeret: Non erant inquit
in principio mundi nec hiemps nec estas: sed ppetua tempies & ver
equabile: Cur ergo nihil horum fieri & nunc uidemus: Quia semel
fieri necessium fuit: ut animalia nascerentur: Postq; vero esse ceperunt.
concessa his facultate generandi: & terra parere desiit: & tempis condicio
mutata est: O q facile est redarguere mendatia. Primu q nihil pot esse
in hoc mundo: quod non sic permaneat ut cepit: Nec h. sol & luna &
astra tunc non erant: aut cum essent: meatus non habebat: At non
diuina moderatio: que cursus eorum temput. & gubernat: cum ipsis
simul ceperit: Deinde q ita sit: ut dicunt esse prouidentiam: necesse est:
& in ipsum incidunt. quod maxime fugiunt: Nondum h. natis ani
malibus aliquis utiq; prouidit: ut nascerentur: ne orbis terre deserty

atq; inci